

Matris solatium , suæ carnis nutritium & solum in terris magni consilii coadjutorem fidelissimum.

V. Ecce homo sine querela verus Dei cultor.

R. Abstinens se ab omni malo & permanens in innocentia sua.

Oremus.

DEus qui præ omnibus sanctis tuis beatum Joachim genitricis Filii tui Patrem esse voluisti : concede quæsumus , ut cujus festa veneramur , ejus quoque perpetuo patrocinia sentiamus. Per Dominum , &c.

SALUT A' STE. ANNE.

En disant trois fois l'Oraison suivante devant une Image de Ste. Anne & de la Sainte Vierge , on gagne trente mille ans d'Indulgence.

Ave gratia plena, Dominus tecum, tua gratia sit mecum, benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Sancta Anna, Mater tua, ex qua sine macula, & peccato processisti Virgo Maria, ex te autem natus est Jesus Christus Filius Dei vivi. Amen.

L'on dit ici les Prières extraordinaires pour les nécessités , & pour ceux & celles qui s'y sont recommandés. Pater noster, & Ave.

Ensuite on ajoutera neuf fois ce qui suit en l'honneur du consentement de la bien heureuse Vierge , qui consumma l'Incarnation du Verbe Éternel.